



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniae, 1611**

De ratione confitendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

COMMVNIONE. 197

11. Mortem, quando vicina fuerit, amore Dei suscipere, & sponte desiderare ac expetere oleum sanctum, vel extremam vnctionem.
12. Deuotè, & in gratia Dei suscipere Indulgentias.

DE CONFESSIONE EX Petro Damiano.

1. Quando resipiscis, & vis pœnitentiam de peccatis agere, primò elige bonum Confessarium, qui in omni tentatione tuum sit perfugium, in eo intuendo Deum, & in eodem recurrendo ad Deum.
2. Vbi elegeris Confessarium, nō adire alium, sine eius licentia.
3. Non amare paruas pœnitentias, quia te ipse decipies, cum lōgè maiores luendæ sint in Purgatorio.
4. Non confiteri ex metu; illa enim esset coacta confessio.
5. Non excusare te, dum confiteris: quia tunc non esset confessio, sed defensio.
6. Non accusare alios, quia non esset confessio, sed offensio.
7. Non confiteri, vt videaris bonus, quia esset illusio, non confessio.

K 3

QVA

QVÆ OBSERVANDA SINT  
in confessione.

I psalm. 31.

OBSERVANDVM est, quod Dauid dicit in psalmis: Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.

Primò, dum dicit, dixi, demonstrat verum & firmum confitendi propositum.  
2. Cùm dicit, Confitebor, indicat debere nos confiteri, non garrere, non ridere, non ludere.

3. Cùm dicit, Domino, declarat confituros adire debere non tanquã ad hominem, sed tanquã ad Deum, & ideò nõ verescũdari quodcũq; patefacere peccatum, cùm nullun. lateat Deum.

4. Dum dicit, iniustitiam meam, indicat malè facere, qui se laudant, & dicunt non sum furatus, non adulteratus & alia similia.

5. Cùm dicit, aduersum me, indicat nihil mali esse dicendum de alijs in confessione.

DE GRADIBVS AD SALVTem.

PRIMVS gradus est. Agnitio peccati, considerando peccata præterita, & foeditatem eorundem commissõrum  
pet